

„Nr. 12“

debeat, spiritalem videlicet et carnalem, quoniam dum carnalia eis congruenter impenduntur, adhibito spiritali labore, uberius in eis salubria quaeque excrescunt, et quia ubi haec provida ac rationabili distributione non impenduntur necesse est ut illa negligantur. Idcirco de facultatibus ecclesiae cui, Deo miserante, deservio, canonicorum coetui michi commissio aliquid subsidium, sicut in subsequentibus declaratur, conferre studui. Ductus ergo honore Domini nostri Jesu Christi eorumque saluti pastoralis sollicitudine prospicere gestiens, dignum aequumque judicans pro viribus eis ferre debere consultum, secundum canonicam auctoritatem, adhibito consensu presbyterorum, diaconorum ac totius sequentis ordinis ejusdem ecclesiae; ob divini cultus amorem, superaddere studui eis, secundum quod ratio dictavit, quantum necessaria fore existimavi.

„Nr. 15“

pastionem, spiritalem videlicet et carnalem, quia dum carnalis impenditur, spiritualis uberius crescit, adhibito

presbyterorum, diaconorum et sequentis ordinis ejusdem ecclesiae consensu ob divini cultus amorem superaddere studuit, quae ratio dictavit atque necessaria fore existimavit.

„Nr. 13“

ditis geminam pastionem impendere debeat spiritalem videlicet et carnalem. Quoniam dum carnalia eis congruenter impenduntur adhibito spiritali labore uberius in eis quaeque excrescunt et quia ubi haec provida ac rationabili distributione non impenduntur, necesse est ut illa negligantur. Idcirco de facultatibus ecclesiae, cui deo miserante deservio, monastico gregi mihi commissio, aliquid subsidium sicut in subsequentibus declaratur, ob divini cultus amorem conferre studui. Pluribus igitur notum est qualiter in urbe sedis nostrae ab antiquo constructum sit monasterium sacrarum monialium, in quo deo sacrata sub canonico habitu vitam duxere temporalem, pro perceptione sempiternae, sed quoniam habundante iniquitate multorum, quod refrigescente caritate idem ordo in eodem loco vacillare